

Wendelino.

(277).

Non aggredior quod has vires superat, Wendelino Carissime
et cuius mihi amicitiam auro contra non charam testor
non aggredior inquam eloqui; quanto per me affectum quod
inter primos amicorum mei recordatus sis, quasi redimivus
è gravi morbo, cuius etiam superati mentio honorem mihi
incussit. quod minus aduam est, profiteor, Epigrammatica
quibus insignire domum meam Musis tuis libuit, mihi
fieri placuisse, etiam cum deceptus amici relatu, Caelo
Terraque fastigiatam credidisti. Etenim, quod res est, quatuor
recto camini exstant, a quibus cum arcendae Piconiae
viderentur, quas ^{allicere} nonnullos superstitiose videat, crates
ferreas, quae instar conii a plerisque acuminantur, redigunt
in totidem sphaeras quasi armillares placuit, nullis magis
napere de causis, nisi quod solenne mihi est gratum a
tritis et receptis vulgo hactenus discedere, ne quid prope
ram ineptius. Inuenit rei novitas non paucos ante
te interpretes, Ipsos Poetas festinè exerceat; atque
ut me quoque dicunt vatem Pastores, ipse me argu-
mentum habuit non unius Epigrammaticis. quorum
cum neque ~~numeri~~ numeri nunc neque verba occur-
runt, evadis in praesentia splendidam illam molesti-
am; ubi in praesidia redierimus, non dubie subi-
undam. Dum desultis annis et expectas, mi Wendelino
ecce totam fabricam, cuius fortasse nimis argui
tam speciem fando acceperis, coram disto. Bisum
est variâ facie expressam dare, cum ut amicorum
quibus ad nos conuenire non datur, desideris satis
fieret, tum ut peritorum de me iudicia procul colli-
gendi facultas esset. Inter hos, quo te loco habeam
nihil attinet dicere, cum quo loco habendus sis amb-
sciamus; nec dicentem quidem, nisi molestè ferat.
utere nunc ergo, ut potestate tuâ, ita et libertate
et quâ me parte lapsum censeas, quâ solvendus videar,
pro avaritate pronuncia. Non ausim polliceri facile
quidquam correctum iri. At posteritati certe, et incolis
Pagi nostri, cui, naturâ splendido atque amano, etiam
quod in manu nostrâ est, sensim aliquid ornamenti
conferre studemus, proclari gratificaberis. Vale vir
summe et amicissime, et quod facere te confido

ama me

ama me tui Constante amantissimum. Cuique in ore ~~est~~
est perpetuo nobilissima Cicerois execratio. In tam caecorum
lenitate sit ista personalitas odio habere eos a quibus de
veritate dissentias. Ignosce si memoria lapsu magnum
scriptorem mendose cito. libri enim ad manum non sunt.
In castris ad Arcem Philippinam Non: Quint: C1D1CCXXXIX

De casu lapidis, quid demonstraveris
imprimis scire auctorem Chronicum
ante Samaritanam Lugdunensibus
meis curas sit parum scio. sciscitabor
tamen, et quid sperari possit, certior
factus, tibi quoque indicabo.

Anna Maria
a Schurman.

Nobilissima Virginum

(278)

Imposuit mihi, ut vides, curam epistolae huius. P. Marinus
Mersennus, Monachus Parisiensis, non de minimis ex
eorum ordine, quos οὐδὲ γοιοὶ τοῦ φιλῶν τοῦ φιλῶν, mini
mos appellant. Et mos gerendus fuit amico, multa
mihi scriptione, cum publica, tum ad me et alios privata
notus. de Patere, non is sum, qui amicitiae inter vos capu
landa autor vel promerita tibi gestiam. Sacra enim
ut non omittam, et pertinacem a nobis de summa
veritate dissensum, vis est carobita eruditionis vasta
diffusa, indigesta, faciem dicas universi, quam Poeta fabulato
est, ante mare et terras: Ingenium quoque denique, quo
cum si commercio literarum inis, practico, non ignarus
mali, epistolis, questionibus, problematis quotidie te
exercendam, fatigandam, obruendam. Quid hic studiis
tuis tibi que expediat ἐξαιροκαζομεν, ut facis longe
practiosissima rerum τ' χαλεόν, tute videris. Ad pri
nam hanc, ni fallor, salutationem, ut nihil reponas
vix, opinor, humanitati tuae imperabis. nisi facis,
curandis literis opera mea, si gratum habes, uti licet.

Vale decus Belgij ab.
Glenoberga vii Calend. Addictissimo tui
Sept. C1D1CCXXXIX. C. H.

Bannio.

Vir Clarissime ac Doctissime

(279)

A Mersennus nostro, omnigena sed indigesta eruditionis viro
non una, ut vides, plagam referio sequuta enim sese
sunt haec epistolica brevissimo intervallo. quid facias?
ita